BRUNO DE SEGNI

Oberitalien, 1. Hälfte 14. Jh.

Seite 44v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



exo

homo pecuniam ei reddant. et tali eum obligatione absoluant. fiat iniquam caritatem non habere probantur. Cum enim ille reddere suam nequeat. et tu pecuniam ei dimittere noluisti subito ille de hac vita subtrahitur. et tu pro illo exactor traderis. Hec illi audiant qui eos iniuste in carcere claudebant. tandem ad pecuniam deferendam in fide susceptos abire permittunt. Cum qui illi pecuniam habere non possint. et iterum ad carcerem reuinciendi. utique ne dampnationis periculum incurrunt.

D

Dis non detrahes. et principi populi tui non maledices. Dii enim appellantur ecclesiastici qui iudices sunt. Quibus illi qui detrahunt qui de eis maleloquuntur. sicut iudei et heretici. Princeps autem populi nostri ipse est. cui qui maledixerit maledictus erit.

Decimas quas et primitias non cardubis offerre. Decimas enim dare iubemur quia ipsi decime sumus. Nos enim sumus magna decima. pro qua iniuria mulier gratulatur. Hinc enim decimus electorum numerus adimplentur. Primitias uero damus quia primogenita egypti et peccata originalia diuinitus prestitit. Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. Primogenitum enim iste ipse est de quo dicitur. quia est primogenitus mortuorum et princeps regum terre. Hunc carnis domino dedit. qui eum beata maria de spiritu sancto natum in templo domino obtulit. De bobus quidem et ouibus similiter facies. Per enim per boues prelatos. per oues uero subiectos intelligimus. manifestum est. quia tota ecclesia in bobus et ouibus consistit. Horum autem primogenita soli illi intelligunt. qui seorsum fide et exemplo sequuntur. quia inter omnes fideles soli primogenita obtinent principatum. Septem diebus sit cum matre sua. die octauo reddes illum mihi. Per septem namque ut iam sepe diximus. omnis hec presens uita intelligitur. Dies uero octauus. quo ipse resurrexit dies iudicii est. in quo et nos omnes resurgemus. Unde et pro octauo quod psalmi intitulantur. Septem igitur diebus est primogenitus cum matre sua. quia sancti quoadusque uiuunt ab ecclesia uiuentibus non recedunt. Octauo uero die redditur domino quia hac uita finita statim post carnis resurrectionem domino presentantur. Viri sanctus mihi. Carnem que a bestiis fuerit preuisa non comedetis sed proiicietis canibus. Quid enim per bestias nisi heretici? Quid uero per carnem a bestiis deuiatam nisi uel scripturas ab eis depauperatas uel peccatores ab eis corruptos intelligimus. Talem igitur carnem comedere non debemus. quia neque cordogmata recipere neque hiis qui ab eis uiolati sunt communicare. sed canibus et latronibus quales ipsi sunt proicere debemus.

Ne sis sapiens uace mendacii. nec iunges manus tuas ut pro impio dicas falsum testimonium. Propter enim simili modo peccat et qui mentitur et mentientes libenter audiens non redarguit. Manum autem iungit impio qui eum sequitur ut falsum testimonium pro eo dicat. Quatenus autem peccatum sit falsum testimonium dicere ex eo apparet. quod mihi deus mandauit hec in tabulis lapideis a deo scribi. Non sequeris turbam ad faciendum malum. sed quia multi sunt et eos retinere non uales saltem in corde uitiatis auxilium et consensum prebere noli. Nec in iudicio plimor acquiescens sunt. a uero deuiet. Non enim quia multis falsitatis sententia datur. ideo non peccat. qui eis acquiescens a ueritate deuiatur. Pauperis quoque miseretur in negotio. In omni enim negotio illius maxime mihi faciendum est. qui plimum mihi indigere uidentur.

Si errauerit bouem inimici tui aut asinum eiusdem. reduc ad eum. Inimicus enim tuus est spiritus diuinus. qui semper nobis dest carnis uice contraria precipit. Et quis hic non ster bonus inimicus carnem nostram sepe affligat et persequatur. tamen si eum bouem aut asinum dest. dicitur uel indicitur aliquem errare uidemus. ad eum reducere debemus. Quatenus eius salutifera mandata sustipiat et ab illius plenis preceptis non recedat. Carnem quoque nostram que prius eius iugo. qui bos subdita fuerat aut qui asinus eius onus portauit. si iam fatigata fugere et errare senserimus. ad eum debemus reducere. et quicquid nobis precipit siue ceuinare siue iugulare. siue aliquid aliud agere iusserit adimplere.

Si uideris asinum odientis te iacere sub onere. non pertransibis. sed sublenabis cum eo. Hec est enim quod apostolus ait. Alter alterius onera portate. Asinus enim sub onere iacet. qui peccatorum pondere peccatorum premitur. Unde psalmus ait. Quoniam iniquitates mee superiecte sunt caput meum. sicut onus graue gratiate sunt super me. Est igitur asinus corpus humanum. Hunc autem etiam si te odientis